

num. 34. Et ita in hoc casu non obligat hoc votum tradant expressis Hefion. Archid. Alonf. Abul. citati n. 32. & constat ex doctrina Divi Thomae alleganda num. sequenti. Sed hic casus rarissimus est, ac difficillime contingit.

37 Tertio deducitur, non esse licitum his professis acceptare Episcopatum, seculis hac precepti necessitate, quando prudenter iudicaretur melius esse seclulo voto acceptare, quam non acceptare. Et ideo dum Divus Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. ad 2. & Alexand. de Nevo c. si vero num. 21. de iurjurando, dicunt hoc votum non obligare, quando expedit acceptare Episcopatum, intelligendi sunt loqui, quando expedit, ut necessitas precepti concurrat. Quare optime transgredi votum, nisi precepto compellatur acceptare. Ratio autem hujus est, quia, ut egerit ait sor. lib. 10. de iust. q. 2. art. 2. col. 4. vult, sicut autem, quamvis eo casu effect melius seclulo voto, Episcopatum acceptare in ordine ad proximorum utilitatem, manus enim inde commodum spirituale speratur, quam si alius non aequè idoneus illum assumat non tamen est melius in ordine ad acceptantem, quia periculis praedictis num. 33. acceptando se exponit: & quamvis bonum commune expedientius sit particulari, tamen cura illius non hinc, sed soli personae publicae ex officio incumbit; & eam salus spiritualis cuiuscumque sibi ipsi commissa sit, est tamen quidpiam posse bono communi prodesse, si tamen videat, propriae salutis periculum in secesserit, ut in presenti moraliter loquendo timendum est, consultius est absolute non se illi committere, nisi precepto cogente. Adde quamvis etiam daretur casus in quo prudenter arbitrio saluberris esset huic privato religioso acceptare Episcopatum, ut privatus est; at ut est pars Societatis IESU, ad cuius bonum populumque hoc votum ordinatur, erit absolute melius Episcopatum non acceptare: & sic votum in eo casu esse obligatorium, quippe acceptando aperiretur via in Societate dignitatem ambiendi, ex quo non modicum detrimentum felix Societatis status pareretur, sicut Cartusiano, ut private personae considerato, consultius esset carnis vici, quando iudicio medicorum ad tuendam vitam eo esse indiger, quia tamen communi religionis, quam profiteretur, bono, felicitate eius progressui expedientius est rigide eam abstinentiam observare, non teneretur tunc carnes edere, sed potest huic religionis voto vitam postponere.

38 Ultimo deducitur, quid in ea questione dicendum sit, an si emissio hoc voto iuberetur professus à Papa acceptare Episcopatum abique ulla Ecclesiae necessitate, teneretur obedire? Hugo reclus ab Hoff. summ. tit. de voto n. 4. ait, tunc non obtemperandum Papae, quasi praecipiant aliquid contra votum abique ulla causa. Ceterum iure optimo contrarium dicitur Hoffens. tit. de Abatib. c. 30. Numer. quia, 58. Altesis summ. 2. p. lib. 6. tit. 47. art. 1. q. 6. quia in eo voto censetur eximia auctoritas Papae contrarium praecipiens, & ideo nil contra votum agitur acceptando Episcopatum eius quomodocumque praecipiens mandato.

39 Ad argumenta contraria posita n. 32. Respondetur. Ad primum ex doctrina S. Thomae 2. 2. q. 175. art. 1. ad 2. licet status Episcopalis, & religiosus ad perfectionem pertineat, aliter tamen: Episcopatus enim dicitur esse status perfectionis, non quasi status perfectionis seculum afferat, sed quia illum praesupponit, praerequit enim hominem perfectum, ut id minus dignè obeat, & illum minus aptam ad eam accipiendam idoneum reddat: ac status religiosus non praerequit hominem perfectum, sed ad perfectionem aditum tunc ordinatur. Cum ergo nemo debeat se perfectum exhibere, ut Episcopatum recipiat, nec temere credere fore, ut in eo perfectionem acquirat, poterit iure optimo se obligare ad non acceptandum Episcopatum, nisi obedientia compellatur. Ad secundum respondetur cum Aristid. eo c. unic. n. 3. & Thome. ibi art. 2. n. 7. in solutione ad contrarium rationem, inquit, in arte, an ille iuramentum non acceptandi Episcopatus emisit, non quod emittendo deliquit, sed ut repellatur gratia iuramenti servandi tamquam obligantis, eo quod tunc non occurreret casus necessitatis, & gratia vitandi scandali, quos ex transgressione iuramenti oriri poterat. Ad tertium respondimus, n. 34. Ad quartum constat ex dictis, n. 40. Ad quintum, & confirmationem constat ex dictis hoc lib. c. 2. n. 2. ubi probavimus perfectionem obedientiae consistere in exequenda superioris voluntate abique alio precepto in rebus, quae in quotidiano vitae monasticae exercitio esse solent, secus autem in rebus difficillimis, & quae periculum salutis propriae, & honoris seculum afferunt. Ad ultimum constat ex dictis, n. 36.

S U M M A R I U M.

Cur professi Societatis IESU emittant votum denunciandi ambientem. num. 40. Explicatur quae quaestiones disputanda sint, n. 41. An possit renunciari iuri, ut quisquam denunciatur superiori, non praemissa correctione fraterna? refertur quadam sententia, n. 42. Potest renunciari, num. 43. An in Societate IESU delicta occulta deferre superiori liceat non praemissa correctione fraterna? refertur duplex sententia, num. 44. & 45.

An integrum sit peccata occulta denunciare superiori, non praemissa correctione fraterna, quando creditur utilis correcturus? num. 46.

Quid si dubium sit, & an prudenter se gerat, & ut datur? num. 47.

An possit peccatum occultum religiosi Societatis IESU denunciari superiori, tanquam iudicis, non praemissa correctione? num. 48.

An liceat eum denunciare superiori tanquam Patri, si est omnino emendatus? num. 49.

An in Societate IESU, & aliis religionibus liceat peccatum occultum immediate deferre superiori tanquam Patri, quando non constat, an subditus sit plene emendatus? n. 50.

Quid in dubio, an subditus sit plene emendatus? n. 51.

An statutum, ut delicta occulta immediate deferantur superiori, sit expediens? n. 52.

Quamvis ambientes, & quando sint necessario denunciandi superiori, videntur tunc quod emittunt professi Societatis IESU: Praepositi probantur non denunciandi occultos, quorum delictum probari nequit, num. 53.

Denunciandi sunt ambientes dignitatem in Societate, vel extra etiam non professi, num. 54.

Excipitur morali certitudo ambitionis, n. 55.

Est denuncianda, est sit delictum omnino occultum, & probari nequeat, & iurisper contrarius, num. 56.

An idem dicendum sit, licet sub se habeat, & dicta confessione, si veri confessio, & detegatur? n. 57.

An opus sit hanc denunciationem praecedat correctio fraterna, etiam in dubio, an utilis corrigat superior, & sit procedendum ut datur? num. 58.

An tenetur professus ratione huius voti denunciare ambientem abique correctione? num. 59.

Quid si dignitatem ambiens sit emendatus, aut dubium sit de emenda? num. 60.

Post n. 60. inveniunt summam, qua desideratur.

40 Quartum votum simplex, quod emittunt professi trium, & quatuor votorum in Societate Jesu iuxta p. 10. consistit. §. 6. est de denunciandis ambientibus, quod quidem post emissum duo praecedentia vota de non procurandis praedicationibus, vel dignitatibus in Societate, vel extra, emittitur sub hac forma: Tum si quem sciam aliquid praedictorum duorum procurare, promitto illum, renuque totam me manifesturam Societati, vel Praeposito eius. Ratio huius voti est, quia saltem huius manifestationis timore arcantur religiosi Societatis IESU ab hac ambitione, eaque profus à Societate relectur.

41 Circa hoc autem votum potissima difficultas est, an ambientes occulti nulla praemissa correctione fraterna, vel iam emendati, sint superiori denunciandi ex huius voti obligatione? Huius quaestioni satisfieri nequaquam potest, nisi alia duplex praemittatur. Prima est, an possit quilibet privatus, vel etiam tota communitas credere iuri, ut possint peccata eius occulta denunciari Praelato, nulla praemissa correctione fraterna, casu quo ex precepto divino Martib. 18. contento praemittenda esset? Secunda, an in Societate IESU liceat quodcumque delictum occultum deferre Praeposito, nulla correctione fraterna praemissa? Quibus praemissis disputabitur ultima quaestio, quae est, an ambientes virtute huius voti sint denunciandi, an occulti, non praemissa correctione fraterna, etiam emendati?

42 Prima ergo quaestio est. An sit renunciabile vis obligans ad correctionem fraternam ante denunciationem? Hac in re Philibertus de officio sacerdot. 2. p. 2. lib. 4. c. 14. statim in princip. mordicus defendit non posse renunciari huic iuri, dicens tamquam omnino salam explodendam esse sententiam contrarium sententiam: idemque probat primo, quia verior sententia habet, neminem propriae famae dominum esse, ergo iuri illius conservandae renunciari non posse. Secundo, quamvis ipse non adducat, potest in favorem huius sententiae adduci, quod ratio, ob quam Christus Martib. 18. praecipit ordinem correctionis fraternae observari, nempe, ut denunciationi sciendae Praelato praemittatur correctio fraterna; & inducio testium, non fuit praecise, ut consulari famae proximi cavendo eius infamiam coram Praelato; sed quod hoc ordine servato melius obtinebatur emenda proximi, quae est totus huius correctionis fraterae: & ita Glossa interlinearis in ea verba Martib. 18. corripit eum inter te, & ipsum solum, eius praecipit rationem reddit his verbis; ne publice correctus veredam perdat, qua perdit in peccato permanet. Cum ergo quantumcumque proximus cedat iuri suo patiens infamiam sublecuturam ex denunciatione Praelato factenda non praemissa correctione fraterna, & inducione testium, adhuc huius praeccepti servandi suum ordinem in correctione fraterna maneat, cessio illa iuri non poterit excusari à eius denunciantem Praelato, non praemisso ordine, quia cum materia, & finis praeccepti divini adhuc perseveret, non potest quis alium ab obligatione huius praeccepti exulare. Quod sic amplius explico, nam potest quidem peccator excusari aliam à praeccepto correctionis fraterae sibi faciendae auferens propria voluntate suam huius praeccepti, nempe, si ita pertinax reddatur, ut nulla illius correctionis spes subit, at manente sine huius praeccepti, nempe spe emenda, non potest alium eximere ab hac obligatione, quia praeccepto divino tenetur eum corrigere. Cum

Cum ergo cedente antiquo iuri suo, ut immediate eius peccata deferatur Praelato, maneat finis servandi ordinis in correctione fraterna, non exulat hoc cessio praetermittentem ordinem.

43 Sed dicendum, cuius privato integrum esse, & toti religioni credere iuri suo, peccata occulta deferantur semper superiori, nulla praemissa correctione fraterna, ac proinde sic deferentem nullius culpae reum futurum. Probat, quia ratio potissima, qua ductus Christus Salvator nollet institui, quod correctio fraterna praecederet in delictis occultis, ea fuit, ne peccator invitatus patiens fueret famae iacturam manifestato superiori suo peccato occulto quasi desperans, ac furiosus ob infamiam, peior efficeretur, ac proinde frustraretur correctio fraterna, quando corrigendus sponte sua cedat iuri conservandae suae famae (cui juri cedere posse, five sit dominus suae famae, five non, probabilem statim) : quia iam nulla iniuria iussur detecto suo peccato superiori, scienti enim violent nulla sit iniuria, regni, scienti, de regni, iur. in 6. Ergo valet praedicta renuntiatio, ut excusetur à culpa omissionis correctionis fraterae, denunciandis, ea omittit, quae occultum superiori, sit confirmatur hoc exemplo. Sigillum confessionis tam arde à Christo institutum est, ut facillime ferret confessio, licet confirmator in nullo eventu abique sui ipsius voluntate peccatum suum manifestandum. Itaque non fuit finis tam arde praeccepti sola conservatio famae peccatoris, si enim huius solus esset finis, liceret utique propter bonum commune manifestare peccatum auditum in confessione: sed finis fuit major confessionis facilitas. At quia hic finis obtinetur, quando ex sola licentia consentiens finis correctionis fraterae, fatetur omnes valide, & licite ex contentis licentia revelari confessionem, sic ergo quamvis Christus instituit praemitti confessionem in confessione: sed finis confessionis, non ob solam peccatoris famam conservandam, sed ut ea conservata melius obtineatur finis correctionis fraterae, qui est peccatoris emenda, non oblatit huic fini, quando ex ipso peccatoris contentis iuri suae famae licentia manifestatur delictum superiori non praemissa correctione fraterna; ac proinde nec cedens huic iuri; nec ipsum superiori deferens peccabat. Et sicut quando contentis praebet facultatem confessori revelandi sua peccata, non eximit illam à iuris divini servandi sigilli obligatione, sed tollit materiam praeccepti, quae est non revelare peccata abique licentia penitentis, & subinde cessat in hoc casu praecceptum: sic cedens iuri suo non eximit denunciantem à praeccepto sic tollit materiam, quae est, ut praemittatur, nisi peccator cedat iuri suae famae. Secundo, quia five quilibet sit suae famae dominus, ut multo verior opinio ait, si vel solum sit dispensator, qualis est vitae, & membrorum, potest ex causa iusta, & valide, & licite credere iuri suo patiendo famae iacturam, ductus honesto fine. Ad idem opinio dicit D. Thom. 2. 2. quaest. 73. art. 4. ad 1. cuiusque arbitrii est detrimentum suae famae pati, nisi hoc verget in damnum aliorum; quod abique dubio admittunt omnes dicentes hominem esse suae famae dominum. Sed etiam dicendum esse solum dispensatorem, id patet, quia nemo est dominus suae vitae, ut potest illam periculo exponere pro causa honesta, ut praemittitur vitae hominis Republicae utilitatem. Item penitentia ductus sceleris, mortis poena afflicti potest se iudici deferere, ut sui peccati poenam pro se beat, recte Sor. de secretis, memb. 1. q. 5. argum. pro 3. conclus. Item licite, iuxta verissimam sententiam, Catholici propter bonum suae religionis patitur vitam dispensium abstinendo carnis, quando medicus iudicat illarum vitam ipsi necessarium esse, ut vitam teneat. Cum ergo religiosus cedat iuri suo, volens pati famae suae dispensium, rationi suo delicto occulto superiori, abique previa correctione fraterna: ducaturque honestissimo fine, nimirum ratione fraterae: ducaturque propria, & utiliori, ac efficaciori directione, quam accipiet paternè à superiore confectioni directione, & majori quadam securitate à recidivo; faciet non tantum licite, & valide, sed etiam laudabiliter. Et hinc constat pro prima sententia, n. 45. & ideo hanc conclusionem sustinent Bannez. 2. 2. q. 55. art. 8. dub. 2. in responsione ad secundam partem prioris conformationis. 7. argum. 2. vult, iam ad aliam. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tit. 4. c. 4. post concl. 24. distict. 6. fol. 291. Valentia 2. 2. dispuit. 3. quaest. 10. punto 5. col. 9. S. quatuor casus est. Ribandeneira de infir. Societatis Jesu. c. 34. §. 8. §. 8. §. 8. §. 8.

44 Secunda quaestio. An in Societate Jesu liceat quodcumque delictum occultum deferre superiori, nulla correctione fraterna praemissa? Quae in re Philibertus de officio Saeculariorum 1. 1. p. 2. lib. 4. c. 14. damnat tamquam impium statutum religionis deferentis vitae occulta immediate deferenda superiori. Ductur primo, quia etiam fatentes, quae libet esse suae famae dominum, fatentur quoque culpam esse illam prodegerit à religioso cedens iuri suo, ut immediate lam prodigere suum delictum deferatur superiori, nulla praemissa correctione, prodigi famam suam permittens se infamari contra divinum praecceptum; ergo peccat. Secundo, quia D. Thom. quodlib. 11. art. 13. aliter non posse tradi generalem regulam propter diversitas subditorum, & Praelatorum

condiciones, quando possit delictum denunciari Praelato, non praemissa correctione fraterna: potest enim superior tyrannice se gerere erga subditos, & non esse ita prudens, ut confidat possit fore, ut paternè corrigat subditum. Ergo statutum religionis, ut semper delicta occulta manifestentur superiori, iniustum est, utpote quod regulam generalem contra praecceptum Christi Martib. 18. iubentis correctionem denunciationi peccati occulti praemittit; nec potest dici hoc praeccepto non ligari religiosus, cum sit generale omnibus fidelibus, & institutum ad cavendum infamiam proximi, & bona fama maxime sit religiosus necessaria, & potissimum apud Praelatos, qui malam subditi opinionem concipient, plus poterit ei nocere. Cum ergo id non liceret manifestare cuidam privato, qui possit sua auctoritate prodesse ad huius correctionem, nisi praemissa huius correctione, vel quando huius correctionis utilitas deferretur; ita etiam non licebit manifestare superiori. Quarto, quia D. Thomae 2. 2. q. 33. art. 7. ad 4. ait, proclamationes, quae in capitulis religiosorum fiunt, in quibus aliqua delicta eorum occulta publicantur, licitas esse, quando delicta sunt levia; secus si delicta essent gravia: & in solut. ad 5. ait, religiosus non teneri obedire Abbati praecipienti, ut sibi denuncietur peccatum occultum fratris, non servato ordine fraterae correctionis, nisi praemissum frequentissima Doctorum sententia amplectitur. Ergo cum hoc statutum adversetur huic doctrinae, erit iniustum.

45 Alii autem modelius loquuntur dicentes supposita proprii iuris renunciatione, hoc religionis statum inimicis hac renunciatione licitum esse, ut videri dunt, & minus expediens, Ita docent Bannez, & Petrus de Ledesma, n. sequenti allegandi: duplici autem ratione id probant. Prior est, quia id statutum rigidissimum est. Posterior, quia non levis perturbatio anxia dabitur in eius executione religiosus non valde perfectus videntibus delicta omnia sua occulta superioribus pateheri.



fornicandum, vel aliud delictum, quod non est contra iustitiam, perpetrandum. Non ergo urget Argumentum, quia divertit esse in fama, & in aliis bonis temporalibus, alioquin enim ablatio non ordinatur ad fratris emendam: at secus est de ablatione fame. Obiciens scilicet, plures subditum suam famam facere apud Prælatum, quam apud alios, quia Prælatum potest plus ei nocere, atque ita non modicum esse hoc famam detrimentum. Respondetur, imprudenter esse hoc famam æstimatorem, si Prælatum sit ita prudens, ut dicitur, in illud Luca 17. Si peccaverit, &c. Ricardus 4. dist. 19. art. 3. questione 1. corpore, Gerson 2. par. tit. de correctione fraterna Alphabet. 34. littera T. vers. Item ducor, quia hanc sententiam decem viri gravissimi, nempe, D. Thomas questio 12. art. 12. D. Bonavent. in illud Luca 17. Si peccaverit, &c. Ricardus 4. dist. 19. art. 3. questione 1. corpore, Gerson 2. par. tit. de correctione fraterna Alphabet. 34. littera T. vers. quare sciendum Gabriel in canone missæ lect. 74. lit. V. D. Antonin. 2. parte f. 9. cap. 6. §. 4. Abulens. cap. 18. Math. questione 98. ad finem. Rosella verb. inquisitio. Angelus verb. denunciatio numero 17. referens Valdenem, & Guillelmum de Mâra, & dicens esse omnium Doctorum ordinis Franciscani, Mayron 4. dist. 21. questione 4. Sylvester verb. correctio, questione 7. §. 16. Taberna questione 1. numero 2. Armilla n. 6. Alston. summa 1. par. lib. 2. tit. 97. art. 6. ad finem Azevala de correctione fraterna questio 3. Gressi 1. p. dist. lib. 2. c. 69. num. 30. Philobonus de officio sacerdotis 1. 1. par. 2. lib. 4. cap. 14. §. cum autem hinc inde, Emanuel Sa summo verb. correctio fin. Salmeron in his. Ewars. par. 3. r. 11. fol. 622. §. 3. h. hoc servatur §. sequens. Idem tenent multi viri sapientissimi nostræ ætatis, ut referat Nazarr. tacitis nominibus, lib. 2. de correctio. cap. 4. in nova editione part. 2. num. 112. Ribadeniera de instit. Societatis JESU cap. 34. la tercera parte. Idem tenent cum hoc temperamento, quando Prælatum melius corrigit, Manuel in summo, ubi de ordine iudiciali cap. 4. concl. 8. n. 10. in fine. Vega 1. tomo summo. cap. 71. casu 43. & idem videtur tenere Argens. 2. 2. questione 33. art. 7. dub. penult. in fine, ubi admittit, homini amicitiam peccatis posse peccatum denunciari ob melioris correctionis spem.

47. Ubi autem dubium esset, an Prælatum non melius corrigeret, non potest et peccatum occultum denunciari, non præmissa correctione fraterna, ut bene Abulens, numerus prædicti allegatus. Et idem intelligendum, ubi dubium esset, an Prælatum prudenter procedat, & ut patet, quia in hoc dubio valet possessio juris propriæ famæ, quod subditus habet, ac præceptum evangelicum in eius favorem editum, ut denunciationsi cuiuscunque peccati occulti præmittatur correctio fraterna. Utrumque tamen intelligendum est, nisi vergant crimina in damnum commune, vel alicuius privati, quia in hoc dubio ea essent flatim denuncianda, prævaleret enim bonum commune, & possessio juris illius tertii, ut à damno sui imminenti prætervetur.

48. Hoc supposito, conclusio fit. Non potest peccatum occultum religioni Societatis JESU denunciari superiori tamquam Judici, non præmissa correctione fraterna, ut bene Ribadeniera ordinis. Constat ex his, que ad præmissam conclusionem 3. in ratione, ubi referemus Doctores concedens posse denunciari prælatum, non præmissa correctione fraterna, limitare tamen, quando denunciatur ut Patri, Et de hac denunciatione loquitur D. Thomas relat. numero 49. in ultimo argumento, & communis sententia cum sequens, & constat ex eius verbis in ea solutione ad 4. solum enim proclamationem in Capitulis religionis damnat, in qua publicarentur peccata occulta. Quod quam diversimodè à denunciatione facta occulte superiori, ut Patri, quis non videt? Et in solutione ad 5. manifestè etiam loquitur de denunciatione iudiciali: rationem enim reddit his verbis: quia Prælatum non est iudex occultorum, sed solus Deus: & tenet in propriis terminis, loquens de Societate JESU, & in solutione ad 5. argumentum. Et ratio est manifesta, quia adversus charitatem esset, nullo tentato medio, suaviore ex his, que Christus Math. 18. ad emendam fratris instituit, incipere à rigidissimo, quod est denunciatio iudiciali. Præterea quia Christus hoc tantum medium instituit, quando cetera media tentata nihil proficiunt. Tandem, quia licet in Societate JESU renuncietur proprio juri, ut delicta occulta immediate deferantur superiori, adhuc dicendum esset, eam renunciationem intelligendam esse, non de denunciatione tamquam Judici, sed tamquam Patri facta, quia in dubio præsumitur actus ita gestus, ut minus, quam fieri potest onerosus; ut multis citatis probat Menochius de præsumptione, lib. 6. tota præsumpt. 9. & semper quoque præsumitur gestus eo modo, qui agenti utilis esse potest, ut tradit Bartol. l. gravi numero 21. ff. de acquirenda hereditate. Tiracoll. de retracitu litigant. §. 30. glof. 1. numero 3. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 137. numero 16. Cum ergo in renunciantia hæc tantum fiat mentio de denunciatione facta superiori, & non explicetur, an ut Judici, an potius ut Patri ut constat ex regula generali Societatis JESU, & immediate que est lo. ubi manifestare licet incivem sit parari debet cum amore, & charitate, an non servetur debitas amor, abique fratrum charitatis, dum immediate summus rigor servaretur denunciando, ut Judici.

49. Secunda conclusio fit. Si constat religiosum esse prorsus emendam, ita ut nullum prorsus probabile recidivi periculum subiat, eo quod fecit omnem occasionem esse

sublatam, & verè, & ex animo delinquentem penituisse, non tenetur cum denunciare superiori, etiam tamquam Patri. Huic conclusioni videtur contradicere Ricardus 4. dist. 19. art. 3. questione 1. corpore, Gabriel in canon. missæ lect. 74. littera V. Rosella verb. inquisitio Angulus verb. denunciatio num. 10. ubi tradunt posse occultum peccatum omnino emendam tamquam superiori, tamquam Patri, eo quod id professe possit ad præcavendum recidivum Gressi 1. par. dist. lib. 2. cap. 66. num. 30. idem docet, quando Prælatum denunciare jubet, Gerson 2. par. tit. de correctio. postquam Alphabet. 34. littera T. vers. Item peccatum. Cæterum Doctores hi, ut verum dicant, intelligendi sunt, quando probabile recidivi periculum sit, nisi præteritus lapsus indicetur superiori; & constat ex illis verbis Christi Math. 18. Si te audierit, iuratus eris fratri tuo, quasi dicit, nisi superest amplius, sed ibi sitendum est. Præterea, quia totus ordo correctionis fraternæ, & denunciationsis Prælati in delictis occultis, eo tendit, ut frater plene emendetur. Ergo quando constat cum plene emendatum absque probabili alio recidivi periculo, non est ultra progressum denunciatio superiori. Et ita generaliter loquendo tradunt D. Thom. quodlib. 11. art. 13. in solutione ad 3. Adrianus 4. questio de correctione fraterna, §. pro his verbis. D. Antonin. 2. par. tit. 9. cap. 6. §. 4. Sylvester verb. denunciatio, questione 1. & ibi Armilla numero 2. Notus de secreto membr. 2. questione 4. post sub. 5. conclusio ad 4. Navarr. summa cap. 24. numero ultim. in fin. Cæter. numero 14. in fine & cap. inter verba 11. questione 4. in 2. editione, conclusio 6. corol. 44. num. 113. Argens 2. 2. questione 33. art. 6. in fin. Valenz. 2. 1. dispensatione 3. questione 10. puncto 5. colom. 16. §. sed rectius hoc negat. Navarr. lib. 2. de restitut. c. 4. in nova editione, parte 2. dub. 12. numero 120. & videtur clare sentire Paladina, 4. dist. 19. questione 4. numero 3. ubi ait, correctio frater sitendum esse, & loquendo specialiter de Societate JESU, tenet Ribadeniera de instituto eiusdem Societatis, cap. 34. §. 1. Quando autem est dubium de plena emenda, vel recidivi periculo, dicitur infra, num. 54.

50. Tertia conclusio. Licet statum Societatis JESU, ut peccata occulta denunciatur superiori, ut Patri, nulla præmissa correctione fraterna, quando superior est vir prudens, qui medebitur occulte non manifestando delinquentem, nec procedendo ad publicam penitentiam, nec delinquens est plene emendatus. Atque idem intelligi posse fieri in quavis alia religione, servatis prædictis conditionibus. Non intendit per hanc conclusionem negare præceptum præmittende correctionis fraternæ obligare religiosos: verè enim eos, ut quocumque fideles, ligat: sed tantum intendit regulariter eos non obligari, nam cum sit affirmativum, exigit aliquas circumstantias, ut obliget, que in eo statu raro contingunt. Probatur ergo primò, quia, ut latè probavimus numero 61. quavis aliquis certus sit sua privata correctione religiosum emendam, potest ea omnia denunciare Prælatum, tamquam Patri, quando spes est fore, ut per Prælatum utilis corrigatur. At id contingit regulariter in religionis, quia moraliter loquendo, ex denunciatione Prælati facta tamquam Patri, per quam nec potest publicè inquirere, nec fratrem punire, sed solum mederi, multo major spiritualis utilitas sequitur, tum in ordine ad bonum commune religionis, tum etiam respectu particularis personæ: nam si ex fragilitate deficiat, oportet occasiones præcedere, illis enim manentibus nulla ratione potest vera emenda præsumi, & vis abique superiore possunt auferri, qui eius fragilitatis ignarus exponet occasionebus subditum, ex quibus ruina eius imminet. Si autem ex malitia lapsus sit, ratissime potest ex correctione fraterna sperari emenda, ut statim probavimus: ergo potest statim denunciari Prælatum. Secundo, quia quando non subest probabilis spes emende ex privata correctione, fatetur omnes posse delictum immediate deferri superiori. At in religionis vix præsumitur emenda ex ea correctione: quod optime docuit Cæter. in questio. 1. tomo ult. in responsione 4. ad 1. dubium, ubi ait non facile credendum, religiosam correctione fraterna emendam, sed dubitandum potius fore, ut fingat se emendatum; ut socium deludat, denunciationemque vitet: & interim manebit in peccato de male in deterius procedens, donec in scandalum aliorum prorumpat. Quod optime docuit Oronozus 4. d. 19. post præfati. 18. §. concludendo dico, ubi dicens deficiente spe emende esse denunciandum peccatum occultum superiori, tamquam Patri, subdit huiusmodi esse religiosos aliqua gratia committentes, & reddidit rationem, quia effrontes sunt, nec ad id solent devenire, nisi aliis peccatis præcedentibus, ac monasteria in fame dispendium conjiciunt, simulque se emendari. Et ratio est, quia aliquis ex aliori, nobiliorique statu deprecatur, ac degenerat, periculosior est lapsus, & multo difficilior emenda, adeo ut D. Chryssostom. hom. 49. in Math. & referat e. qui aliquando, de penitentia, dist. 1. sic dicit. Quis aliquando vidit clericum cito penitentiam agentem? Sed estis deprehensus humiliter se, non ideo dololet, quia peccavit, sed confunditur, quia perdidit gloriam suam. Ubi gloss. verb. humiliter ait, humiliatus apparuerit, & verb. gloriam, ait monachos deficientes omnibus esse deterioros. Quod idem docuit Aug. epist. 127. & referat e. penult. dist. 47. 181. Quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis

feris profecerant; ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterio occiderunt. Ergo, &c. Tertio, quia si delictum vergat in damnum tertii, aut detrimentum communitatis, fas est illud, quantumcumque occultum sit, denunciare immediate Prælatum, ut fatentur omnes. At gravis religiosorum delicta redundant in maximum religionis detrimentum; cedunt enim in aliorum religionum scandalum, quod maxime timendum est, ob arctissimum inter se familiaritatem: cedunt etiam in totius religionis infamiam, non enim solis peculiaribus delinquentibus ea delicta tribuntur, sed toti religioni, & reliqui religioni similes esse putantur, ut tradunt D. August. epist. 137. & D. Bonavent. in regul. Divi Francisci quest. 16. Nec obstat ea delicta esse occulta, quia merito eorum publicatio apud sæculares tremenda est. Quarto, quia bonum commune antefereendum est particulari, & maxime in religionis, qui se totos religioni dicantur, omnia sua jura in illam transferebant. At commune religionis bonum postulat delicta occulta denunciari immediate Prælatum tamquam Patri, nihil enim ita eos à lapsibus continet, quam nosse eos posse immediate ad Prælatum deferri. Expedi, & communi religioni bono, Prælatum nosse vitia, & fragilitates subditorum, ut vel sic eos melius gubernet, ac lapsuum pericula vitæ, & ideo sancti adeo commendant patet Prælati ipsas etiam subditorum cogitationes, nullo eis vitio tecto, ut D. Bassilius in suis dispensatis, reg. 26. & Callistus lib. 4. de instit. venen. cap. 9. & cap. 39. & col. 2. cap. 10. & 11. D. Benedictus cap. 2. sua regula, ait. Rationaliter dicitur veli religiosus postposito privato luti famæ bono, denunciari immediate Prælatum tamquam Patri eius delicta occulta ob commune, quod inde in religionis bonum redundat. Quinto, quia apud religiosos non ita exactè ordo correctionis fraternæ, ut apud sæculares servandus est, ut optime docet citato Qualtero Doctore antiquissimo, in assenti summa 1. libro 2. tit. 67. art. 6. Ricardus 4. dist. 19. art. 3. questione prima, in solutione ad 2. Quod idem colligitur ex capit. qualiter, & quando, & cap. 2. de accusatio. ubi relatio ordine servandus in inquisitione, accusatione, & denunciatione, sic concluditur: hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus utiqueque servandum, Tandem, quia, ut retulimus numero 48. alii ordinis regulares hoc statum habent, ut delicta regularium occulta immediate denunciatur superioribus, nec credendum est tot viros religiosos errasse stanteo aliquod contra jus divinum, ut bene ait Corduba in reg. D. Francisci, questione prima, cap. 10. ad fin.

51. Quarta conclusio. Idem licet, quando dubium est, an subditus sit plene emendatus, vel plene cessarit periculum recidivi, quia in hoc dubio potest et confidendum esse bono spirituali, religionisque utilitati procurata securitati emenda, tuncque periculi recidivi cautione, quam cavendo modico famæ subditi detrimentum, denunciato ipso apud superioriorem. Quando autem dubium esset, an Prælatum prudenter se geret, vel denunciationem accipiet tamquam Patrem diximus num. quinquagesimo.

52. Ultima conclusio. Id statum est quoque expediens, imo utilissimum. Probatur, quia ex istis in præcedenti conclusione satis constat, quam ad bonum religionis progressum conservandum conferat prædictum statum, & ad religiosi denunciati profectum, submersionem, utilitatemque ipsius obtinendam ea denunciatione Prælati Generali Societatis JESU facta, quia cum ex eius arbitrio pendat omnium superiorum clesio, ipse solus poterit se cogitare, malo ambitionis obviare. Si vero aliquis de ambitione Generalatus notaretur, et denunciatus vicario Generali, aut alicui ex antiquioribus professis, ut habetur §. p. constit. cap. 6. §. 2. ubi in declaratione decernitur rem cum omni secreto, & cautione agendam; & latius in formula congregationis generalis, §. vigesimo primo, & vigesimo secundo. Et ex his manet satisfactum argumentis contrariis propositis num. 48.

53. Quæstio ultima. Quinam ambientes, & quando sint necessario denunciandi superiori virtute hujus voti. Videtur enim ambientes occultis, ac quorum ambicio probari nequit, denunciandi non esse, quia nullus tenetur denunciare ad præceptum superioris delicta, quod probare nequit, ut tradunt communiter auctores in tractatu de denunciatione, & docent multi, quos retuli libro 3. de matrimonio, dispensatione 13. numero primo. Secundo, quia cum denunciatio hæc eo tendat, ut ambientes excludantur à dignitate, idque fieri nequeat, nisi probata ambitione, ut constat ex constitutione Societatis, §. 10. §. sexto, ibi solum redduntur inhabiles id, de quibus probati potest dignitatem ambiendi. Tertio, videtur occultis ambientes minime denunciandi, quia res est gravissima, nec potest constitutio, ut denunciatur superiori tamquam Patri, sed tamquam Judici, ut puniat reddendo inhabilem ad dignitatem am-

bientem, & delicta occulta nequaquam denunciari possunt superiori, ut Judici.

54. Prima tamen conclusio fit. Professi Societatis tenentur ratione hujus voti denunciare quocumque ejusdem Societatis religiosus, sive professi, sive non professi sint, ambientes prælationem, vel dignitatem in Societate, vel extra. Constat ex formula voti; nam ubi duplex votum præmissum fuerat, prius non ambiendi dignitatem, vel prælationem in Societate, posterius non ambiendi illa extra Societatem, subsequitur votum præfens, quo promittit professus se denunciaturum ambientes aliquid prædictorum duorum. Ergo intelligitur de ambientibus hæc intra, vel extra Societatem. Rursus cum universaliter dicatur, si quem sciam, non refringendo ad solos professos ambientes, intelligitur votum de denunciandis quibuscunque religionis Societatis ambientibus hæc. Præterea, quia mala per hanc denunciationem vitari intenta quæ sequuntur ex ambitione professi, & non professi, Ergo utriusque denunciatio intenditur per hoc votum. Nec obstat solos professos obligari voto non ambiendi, & hoc votum appoi inter vota à professis emissa, ut inde deducam fit intelligi de solis professis ambientibus denunciandis, quia neutro ratio sufficiens est ad limitandum prædictum votum generaliter emissum.

55. Secunda conclusio. Hoc votum obligat præfatum, ut denunciatur ambientes, quos moraliter certus est ambire, Constat ex iorma voti, in quo dicitur, si quem sciam; non autem dicitur quis scire ea, de quibus dubitat, sed oportet, ut saltem habeat certitudinem morale: scire enim aliquid ex Avitor. 1. Posteriorius, includit certam cognitionem habere, Unde Innocentius cap. final. numero unie. vers. Illud autem, petit ad certam cognitionem indubitanter aliquid scire, vel ut ait gloss. l. 2. §. Item Labeo, ubi textus ait, scire, ut quæ sciat, & tamen gloss. verb. sciat, ait, id est, valenter opinetur. Unde non quærensque probabilitas hujus ambitionis sufficeret, sed oportet talem esse, ut absque temeritate aliqua possit ambire recidivi. Hæc enim est certitudo moralis, qualis in hujusmodi iudicis exitur, ut in simili probavi supra.

56. Tertia conclusio. Tenetur professus ratione hujus voti hanc denunciationem facere quavis res adeo fit occulta, ut eam probare nullatenus valeat. Probatur primò, quia quando ambitio præsumitur ad evitandum aliquod damnum, necesse non est, ut denuncias possit delictum, probare, sicut contingit in impedimentis matrimonii, ut latè probavimus lib. 3. de matrimonio, dispensatione 13. num. 2. At huiusmodi ambitio est in grave religionis detrimentum; ergo est statim superiori denuncianda. Et constat, nam bonum commune præferendum est particulari uniuscujusque: at delictum ambicionis est in maximum totius Societatis perniciem, & cuiusvis communitatis unde statim de secreto membro 2. questione 4. post 3. conclus. dubio 1. numerat inter delicta contra commune bonum ambitionem, & subordinationem suffragiorum in sectionibus.

Secundo, quia denunciatio hæc non fit tamquam Judici, nec ordinatur ad punitionem, & reddendum inhabilem ambientem: quia hoc esset non potest, nisi probato delicto: sed fit tamquam Patri, ut prospiciat bono communi, impediendo, ne ille dignitatem arbitram adificatur, qui finis non cessat, quantumvis ambitio occulta sit. Sed plenius hinc obtinetur ea denunciatione Prælati Generali Societatis JESU facta, quia cum ex eius arbitrio pendat omnium superiorum clesio, ipse solus poterit se cogitare, malo ambitionis obviare. Si vero aliquis de ambitione Generalatus notaretur, et denunciatus vicario Generali, aut alicui ex antiquioribus professis, ut habetur §. p. constit. cap. 6. §. 2. ubi in declaratione decernitur rem cum omni secreto, & cautione agendam; & latius in formula congregationis generalis, §. vigesimo primo, & vigesimo secundo. Et ex his manet satisfactum argumentis contrariis propositis num. 48.

57. Quarta conclusio. Tenetur etiam professus ex hoc voto hoc crimen ambitionis denunciare, etiam si detegens dicit, se dicere in confessione, immò etiam si genosus, factoque siguo Crucis, & confessione dicta, hoc secretum detegat, dummodo non verò fatendi animo id dicat, quia adhuc non est sigillum confessionis; & quavis de jure nature simile secretum servandum sit, ac id deficit, quando delicta sub eo secreto commissa sunt in damnum communitatis, & pendente in futurum, ut supponimus hic contingere, sicut idem probavimus de impedimentis matrimonii libro 3. de matr. disp. decimateria, numero sexto. Dixi, ut supponimus hic contingere, quia si se detegens respiciat, lingue delicti ambitionis penitentia ductus se alicui detegeret gratia petendi consilia; ut animæ suæ bono consuleret, nullatenus potest denunciari, tum quia huiusmodi detectio ordinatur ad confessionem sacramentalem, sicut dum quis scribit peccata sua, ut ea fateatur, inveniens paprum perdidit tenetur præfata obligatione sigilli quali sacramentalis ea tegere, eo quod scripta illa ad confessionem sacramentalem ordinantur. Similiter ergo detectio hæc ordinatur ad confessionem sacramentalem, & querendum lapsus remedium.

58. Non est opus regulariter, ut hanc denunciationem præcedat secreta monitio, tum quia in delictis contra bonum commune omnes fatentur non esse necessarium præmitti hanc correctionem, quia rarissime præsumitur eam proferantur,



tum etiam, quia supra numero quinquagesimo tertio, late probavimus inter religiofos regulariter non exigi hanc fecretam monitionem. Et hæc conclusio vera est, etiam si dubitetur, an superior prudenter procedat, & tanquam Pater, quia in delictis contra bonum commune esse faciendam hæc denunciationem; non præmissa correctione fraterna, probavimus num. 50. Hæc autem ambigua est contra bonum commune, ut probavimus num. 56.

59. Hinc deducitur, teneri professum ratione hujus voti, hujusmodi ambitionem denunciare non præmissa correctione fraterna.

Probatum, quia se obligat ad denunciandum in quantum licite potest. Cum ergo licite possit, non præmissa correctione fraterna, tenebitur ad idratione hujus voti. Quod etiam comprobatur doctrina, quam tradunt Angelus verb. denunciatio, numero decimo, & Sylvester verb. correctio, questione septima, ubi dicentes posse denunciari peccatum occultum immediate Prælato, qui nullus creditur correcturus, subdunt esse obligatum ad ita faciendum, quando accedit præceptum superioris. Ergo etiam idem dicendum est, quando accedit obligatio denunciandi ex voto.

60. Ultima conclusio, si dignitatem ambientem certissime constet plene esse emendatam, ita ut nullum postmodum recidivi periculum probabiliter timeatur, nec sit aliqua in futurum dependentia, & ejus delictum occultum sit, non tenetur professus ratione hujus voti eum denunciare. Ducor primo, quia delinquens sic plene emendatus non potest licite denunciari Prælato, ut probavimus numero quinquagesimo quarto. Ergo nec votum potest obligare ad eum denunciandum. Et confirmatur, quia votum obligat instar legis ecclesiasticæ de eadem re editæ: at lex ecclesiastica jubens delictum denunciari, non comprehendit delictum occultum omnino emendatum, tunc enim cessat finis, propter quem id præcipitur, qui est correctio fraterna, & evitatio damnorum, ut tradunt omnes. Ergo idem est dicendum de voto denunciandi. Secundo probatur ex ipsa voti formula ibi: si quem sciam peccatorem, vel prælatum, quæ verba de illo solum agunt, qui de prælati aliquid hujusmodi molitur: non ergo extendenda sunt ad eum, qui omnino emendatus est. Dixi autem, quando peccatum est occultum, quia si peccatum fuit publicum, licet emendatum fuerit, subest adhuc obligatio denunciandi, ut tradit Sotus libro quinto, de justit. art. primo, ad finem corporis, versio. Et hinc sumenda, Et de sacro, membr. 2, quest. 6, dubio ultimo, post 2, conclus. Quod & communiter tenent Doctores in tractatu de denunciatione; quia tunc denunciatio non ordinatur ad solum emendam, sed ad delicti punitionem, & satisfactionem eorum, qui ex delicto scandalum passi sunt. Insuper dixi, si nulla sit in futurum dependentia; potest enim contingere, ut ambiens sit plene emendatus absque relapsu periculo, & tamen ex negotiatione præterita res taliter dispositæ maneat, ut certitudine morali præsumi possit fore, ut dignitatem allegatur, & tunc votum obligabit ad rem totam Societati, vel ejus Generali detegendam, ut impediatur dignitati consecutio ambitiosè procurata, quod est finis, ut constaret ex p. 10, constitut. S. 7. Et confirmatur, quia idem §. 3, constitut. cap. sexta §. secundo, ubi agitur de Præpositi Generalis electione, præcipitur omnibus sub excommunicationis late pœna, ut illos omnes denuncient, quos noverint tale munus affectasse,

vel affectare, obligando tantum denunciare sicambientes ab obitu Generalis præteriti, usque ad electionem præsentis; quia donec Generalis electus sit, præsumitur dependentia ambitiosè præteritæ quo ad suum effectum; quando autem dubium est, an plene sit emendatus, vel an cessarit omnino recidivi periculum, est utique denunciandum sine præmissa correctione fraterna, quia id in omnibus delictis probavimus, numero quinquagesimo sexto, nedum in hoc, quod est contra votum commune.

SUMMARIUM.

Cur professi Societatis promittant, si in Episcopos eligantur, an dicere consilium Generalis, vel alicuius ab eo deputati? n. 61. An sint jam electi Episcopi subditi Generali Societatis JESU, aut teneantur audire, & sequi ejus consilium? num. 62. An hoc consilium sit circa solum rectam Episcopatus administrationem? num. 63.

61. Ultimum votum simplex, quod emittunt professi trium, vel quatuor votorum Societatis JESU, juxta ejus constitutiones, p. 10, §. 6, emittitur sub hac forma. Insuper promitto, si quando acciderit, ut hæc ratio in Prælatum alicuius Ecclesiæ præcipitur, pro cura, quam de anima mea salute, ac recta numeris mihi impediti administratione gerere debet, me eo numero, ac loco habiturum Propositum Societatis generalis, ut nunquam consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quivis alius de Societate, quem ad ipse sui substituerit, dare mihi dignabitur; consilium vero hujusmodi ita me pariterum semper esse promitto, si ea meliora esse, quam mihi in mentem venerint judicabo. Cujus voti non est ratio, ut dicitur eo §. 6, quod professus Societatis JESU creatus Episcopus sit subditus alicui superiori & Societate; est enim ab obedientia cuiuscumque superioris, etiam Generalis exemptus, solumque Papæ subditus, ut diximus generaliter de omnibus religiosis ad Episcopatum promotis hoc lib. 6, c. 6, num. 2, sed quia sponte sua se professus obligat ad habendum consilium, ejusque consilium standum, quando ea ad Dei obsequium magis conferre censuerit: est enim valde expeditus in quocumque regimine bonos, prudentesque viros, qui sibi consulant, habere, ut late prosequitur Phila lib. de creat. Principi, & Patricii lib. 6, de Regno, & Regii instit. tit. 6.

62. Hinc sequitur, professum Societatis ad Episcopatum promotum, quamvis non teneatur obtemperare Præposito Generali, vel alicui per eam designato, tanquam superiori, teneri tamen audire consilium Præpositi Generalis, vel alterius per eum designati, illudque sequi, si melius esse judicaverit, quia id expressè in hoc voto promittit.

63. Intelligitur autem hoc votum audiendum cum sum, illudque melius judicatum, sequendi, non tantum circa administrationem reddituum, & aliarum rerum ad Episcopale munus pertinentium, sed etiam circa spiritualia propriæ personæ profectum. Constat, tum quia spiritualia hæc profectus ad rectam subditorum gubernationem valde conducit; integritas enim præsentium salus est subditorum, ut docet D. Leo Episc. 85, & refertur c. matorum, 61, distict. tum etiam, quia formula votorum utrumque clarè explicat in illis verbis relatis n. 61, ibi, pro cura, quam de anima mea salute, ac recta numeris mihi impediti administratione gerere debeo.

EXPLICIT LIBER VI. DE VOTO SOLEMNI OBEDIENTIAE.

LIBER SEPTIMUS DE VOTO PAUPER TATIS.

CAPUT PRIMUM.

De Potestate, quam Novitius, vel volens ingredi religionem, habet ad disponendum per viam donationis, aut renunciationis de propriis bonis, attento jure antiquiori.

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint, num. 1. An donatio facta a novitio, vel volente ingredi religionem sit firma, non revocetur non sequuta professione, assensu jure antiquiori, potest in foro conscientie ab ejus intentione, num. 2. Quando de intentione hæc non constat, standum est in utroque foro præsumptioni fore externi, num. 3. Qualis intentio præsumatur in dubio, ut sit revocetur donatio, aut renunciatio professione non sequuta. Referuntur variae sententia, num. 4. & 5. Explicatur sententia Auctoris, num. 6, 7, & 8. Quid sit in donatio non fuerit facta principaliter, sed accessorie cum persona, num. 9. Quid si usus explicet donationem esse absolutam? ubi de usu obligationis, quem servat moniales apud Italos, num. 16. Utrum scius prædicta donatio casibus egressu novitii, ita casetur ejus morte tempore novitatus? num. 17. An donatio hæc novitii post revocari ab eo perseverare volente in religione, num. 18. An valeat donatio omnium bonorum presentium, & futurorum facta contemplatione ingressus in religionem? num. 19.

Nequam de facultate disponendi, quam habent professi, disputemus, tractandum est de facultate, quam habent novitii, aut volentes religionem ingredi; & cum dispositio hæc possit fieri donatione, aut testamento, insuper aut circa bona temporalia, quæ possident, seorsum de his omnibus hoc capite, & duobus sequentibus agendum est. Et quia nonnulla, quæ attento jure antiquiori vera erant, immutata sunt per Concilium Tridentinum, prius dicemus quid jure antiquo verum esset; deinde quid jure noviori Tridentini immutatum sit, explicabimus. In præsentem ergo tractandum est de donatione, seu renunciatione bonorum, quæ fit à novitio, vel volente ingredi religionem. In qua re triplex est questio. Prima est de firmitate donationis hujus, quando novitius egreditur, aut ante professionem moritur. Secunda de firmitate hujus donationis, quando professus est, at professio fuit irrita. Tertia de firmitate hujus donationis factæ in religione Societatis JESU.

1. Quæstio prima. An donatio facta à novitio, vel volente in novitatum ingredi, sit omnino firma attento jure antiquiori, ita ut eo exeunte, vel moriente ante professionem minime revocetur? Punctus difficultatis hujus eo pertinet, an donatio hæc casetur in dubio facta inter vivos, ac proinde sit omnino irrevocabilis, an potius assimiletur donationi causa mortis, censeturque facta contemplatione professionis, quæ mors mundana, & civilis est? atque adeo facti donatio facta mortis naturalis causa vim non habet, donec mors sequatur, ita donatio hæc non sit firma, nec aliter valeat, nisi sequuta professione. Et quidem quod ad formam conscientie attinet, si constat intentionem donantis fuisse donare causa solum ingressus, nec desit donationis firmitas ex professione subsequuta, ac proinde novitio exeunti sunt restituenda donata, quia videtur

donasse causa mortis mundanæ, quæ subsequuta non est; & contra, si constat donationem non intuitu ingressus factam, non recuperabit, cum fuerit donatio pura inter vivos. Atque ita docent Angelus verbo novitius, num. decimo, & ibi Tabiena questione auctoritate, num. 13, Armilla num. 16, Sylvester verbo religio a. 9, 10, & verbo religio 5, 7, 12.

3. Quando autem de intentione hæc non constat, standum est præsumptioni juris in utroque foro, ac proinde in foro conscientie id servandum est, quod in foro causarum in hoc eventu præsumitur, ut probavimus lib. 1, hujus tractatus, c. 26, num. 12.

4. Difficultas ergo est, qualis præsumatur hæc donatio in hoc dubio. Aliqui absolute docent, novitium exeuntem eam revocare non posse, ac proinde centere videntur assimilari donationi inter vivos, quia in dubio, ubi nulla mentio sit mortis, præsumitur donatio facta inter vivos, ut tradit Glossa communiter recepta l. for. a. 2, in principio, verbo videtur, ff. de mor. caus. donat. per illum text. Quam pariter, ibi, cum notum, qui absolute donavit, non tam mortis causa, quæ movitatem donavit. Ubi Glossa verbo morientem, ait, eam donationem esse inter vivos, ut clarè decidit ille textus. Si ergo donatio à moriente facta præsumitur inter vivos, eo quod nulla mentio mortis facta sit, similiter sequitur donatio inter vivos, & non causa mortis mundanæ facta, quæ fit à novitio, aut volente religiofum infiltratum capessere, quoties non exprimitur eam fieri causa professionis; ac subinde firma manebit, quamvis professio non subsequatur. Atque ita docet Gl. finalis in ultima solutione, c. quod à te, de clericis conjugatis, Hostiens. c. in præsentia, nu. 14, verb. se, & sua, de probationibus Morquebus de a. visione bonorum, lib. 4, c. 5, num. 34, quod idem docere videntur Ananias dicto c. quod à te, num. 6, Bertrandus conf. 135, num. 1, volum. 3, in priori parte, dum absolute docent, novitium exeuntem non recuperare hæc donationem, nisi contemplatione ingressus donati.

5. Alii autem absolute docent; donationem hæc præsumi factam contemplatione ingressus, ac proinde professione non subsequuta evanescere, quia quamvis aliis nulla mentio mortis facta censetur in dubio donatio inter vivos, ac irrevocabilis; at in hoc eventu præsumitur contemplatione ingressus in religionem facta propter actum proximum, & ideo cessare non sequuta professione. Atque ita docent Hostiensis c. statimur, num. 4, de regul. et ibi Joan. Andreas num. 2, Anchar. n. 7, Anton. nu. 2, Abbas n. 4, Anan. nu. 6, idem Anton. c. quod à te, nu. 9, de clericis conjugatis, & ibi Joan. Andr. n. 7, Hostiens. nu. 4, Anchar. nu. 9, Henr. num. 2, Dicitur aut in præsentia, in nova editione n. 23, ibi Parisius nu. 187, qui dicunt huic donationi inesse tacitam conditionem, si sequatur professio, & sic cessare non sequuta professione, quasi deficiente conditione. Jansen, autem, si qua mulier, nu. 60, c. de sacrosanct. Eccles. Natta conf. 180, num. 5, vol. 1, asserens donationem hæc caseri factam ex ingressu tantquam ex causa finali & ita eo cessante, cessare; Gregor. Lopez l. 3, verb. pseudo titulo 7, part. 1, Hondediens conf. 73, num. 10, & 11, volum. 2, Manuel questionum regul. romo 2, quest. 20, art. 2, & explicat Ananias, si ve donet omnia bona, si ve unam rem.

6. Cæterum placet media sententia, ut non quæcumque hujusmodi donatio casetur causa ingressus facta, nec ejus firmitas pendeat à futura professione, sed quando donatio est notabilis, ut omnium bonorum, quod nulla sit ratio præsumi causa professionis factam. At quando donatio est immensa omnium bonorum, ratio ipsa cogit ad hæc præsumptionem capiendam: non enim verisimile est, fore, ut quisquam suis omnibus bonis se spoliaret, nisi causa professionis religionis. Atque ita docent Abbas cap. quod à te, num. 6, de clericis conjugatis, & cap. casam matrimonii, nu. ult. de probation. Rosella verbo religio, 4, num. 11, Castrici, c. statimur q. 4, de regular. & dicto c. quod à te num. unico, oppos. 4, Sylvester verbo relig. a. 9, 10, & verbo religio 5, 7, 12, Angelus verbo novitius, nu. 10, Tabiena ibi, 9, 12, nu. 13, Armilla n. 16, Surdus conf. 333, num. 62, vol. 3, Azor, tomo 1, instit. moralium, lib. 12, c. 3, 9, 3, in fine.

7. Atque idem censendum est quando majoris partis bonorum donatio esset, quia amissio majoris partis bonorum equiparatur amissioni omnium bonorum cap. 1, de restitutione spoliatum in 6, in fine principii, & l. propter licem, in prin. ff. de excus. tutoris & ita notat Abbas eo c. causam matrimonii, num. ultimo.